



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Andreæ Vallensis Vvlgo Del Vavlx Andanensis, I. V. D. Et
In Alma Academia Lovaniensi SS. Canonum Professoris
Ordinarii, Paratitla Ivris Canonici Sive Decretalivm D.
Gregorii Papæ IX. Svmmaria Ac ...**

Delvaux, André

Coloniæ Agrippinæ, 1686

§. 1. Legati qui & quotuplices.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62177](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62177)

§. VI.

De Delegatis à Iure ipso.

Dilegati vel iure ab homine, de quibus dictum est, vel sunt delegati juris, id est, qui à jure delegatum jurisdictionem habent, Sic enim Episcopi quibusdam in casibus, alias Sedi Apostolice relativatis, praesertim circa Ecclesias & Monasteria exempta, eorumque personas, auctoritate juris sine alio mandato procedunt. tamquam delegati Sedis Apostolicae, ut videtur licet in cap. 1*terfragabili* 13. § *caterum inf.* *De officio jud.* *Ordin.* in cap. *Ad abolendam in fine inf.* *De hereticis.* cap. *unico De Clerico agrotante* in 6. ac variis Conc. Trid. locis ut *Sess. 5. cap. 1. & 2. Sess. 6. c. 2. & 3. Derefomat. Sess. 13. cap. 5. Derefomat. Sess. 14. cap. 4. Derefomat. Sess. 21. cap. 3. 5. 6. & 8. Derefomat. Sess. 24. cap. 9. 10. 11. & 14. Sess. 22. in decreto *De observandis & evitandis in celebrazione Missæ.* & cap. 3. 6. 8. 10. Derefomat. Sess. 25. cap. 5. 8. & 9. Deregularibus. & cap. 9. & 14. D. reformat. Videatur Azorius 2. p. Moral. *insti-*
*tut lib. 3. cap. 54.**

TITULUS XXX.

De officio Legati.

§. I.

Legati qui, & quotuplices.

1. *Quis dicatur Legatus.*
2. *Alii sunt Legati à Latere.*
3. *Alii Missi.*
4. *Alii Nati.*

I. *Q*uemadmodum Judex delegatus vice ac muovere fungitur delegantis, ita legatus gerit vices summi Pontificis in provincia vel regno ubi commissio; nam cum summus Pont. non possit adesse omnibus, qui in provinciis eū praesentem requirunt, Legatos suo nomine mittit, c. 1 & 4. b. t.

2. Legatorum autem tria sunt genera, ut colligitur ex c. *penulti. h. t. & c. 1. eod. in 6. & utrobique Glossa.* Alii dicuntur Legati Laterales seu à Latere; alihi Nuntii Apostolici seu Legati missi vel constituti; alihi denique Legati Nati.

Legati à Latere, ex usu Romanæ Curiae di-

cuatur soli Cardinales, ab ipsis summo Pontifice ex Viba & Curia Romana missi, ad certa provinciā administrandam, vel a negotiis cum Regibus Principibus, aut aliqua Repub tractanda. Ideo verò dicuntur Legati à Latere, quia quasi à latere Pontificis, cui adiunguntur in consilis & arduis, & veluti ex eius Senatu miti solent & volentes & cum c. seq. hoc sit Nam Cardinales, pars corporis Papæ censentur & in locum Senatorum successerunt, *can. Ecclesia xvi. qu. 1.*

3. Legati Missi dicuntur, qui non mituntur de latere Pontificis, nec è numero sunt Cardina- lium, sed a summo Pontifice speciatim constituuntur, de consilio tamen Cardinalium; quamvis etiam ab eo possit Pontifex Legationis officium alicui committere, e. *Novit 7. & ibi Abbas h. t.* Et quamquam constitui possunt Clerici quicunque; solet tamen Pont. Prælatos tan- tum huic muneri deputare.

4. Legati Nati dicuntur, qui dignitati suæ Ecclesiasticae officium & minus Legati Apostolici annexum habent. Ideo Nati dicuntur, quia similitudine ad talēm dignitatem eliguntur, eq; præficiuntur, una etiam veluti nascuntur Legati. Talis in Anglia est Archiepiscopus Cantuariensis, de quo cap. 1*hoc ist.* item Archiepiscopus Eboracen- sis, cap. 1. *inf. De appellationibus;* in Francia Archiepiscopus Remensis, cuius est Regem Franciæ unger. de quo in cap. *Per venerabilem §. verum inf.* Qui filii sunt legitimi: Aquitania superiori Archiepiscopus Bituricensis, de quo in cap. *ult. inf. De majorit. & obed. & alii quos re-*
cenſet Azorius 2. p. Moral. insti. lib. 5. cap.
27.

§. II.

In quo convenient hi Legati.

1. *Conveniunt, quod egressi Urbem accipi-ant, singuli legationis insignia.*
2. *Quod ordinariam jurisdictionem habeant.*
3. *Quod valent statuta condere, perpetuo dura-tura.*
4. *Quod ex tenore litterarum pendeat potestas legationis.*
5. 6. *Legati benigne recipiendi ac trahandi; & pa-non admittentium.*

Quod verò horum Legatorum sit officium